

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Pompa Exequiarum Catholici Hispaniarum regis
Ferdonandi Aui Materni Illustrissimi Hispaniaru Regis
Caroli, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae. &c**

Geldenhauer, Gerhard

[Straßburg], [1516]

Illvstrissimo potentissimo [...] regi Carolo, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270892](#)

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMO

q; Hispaniarum Regi Carolo, Archiduci Au-
striae &c. Gerardus Nouomagus, eius
dem Regis sacerdos facella-
nus S. D. P.

Legimus in sacris utriusq; testamēti historijs, illustrissime Rex Carole, filios, patrum ac maiorū suorum corpora, magna cura terrae mandasse. Legimus & in prophaniis literis, qua exquiarum pompa, populus Romanus diuorum Cæsaris Di-
statoris, & Octauij Augusti, corpora cremauerit, reliquias colle-
gerit, in Mausoleis cōsiderit. Quare celsitudo tua, ne a pijs ma-
jorum degeneraret institutis, magnifico apparatu & instrumen-
to, funeralia Catholici Hispaniatum Regis Ferdinandi, cui sui
Materni celebrauit. At ego minimi, inter famulos tuos, no-
minis, hæc funeralia, literis uteunq; commendavi, ut cunctis
clareceret, q; pius in uiuos mortuosq; parentes existas.

Accipe itaq; queso potentissime Rex, libellum hunc
nostrum boniq; consule. Neq; te moueat, quod
tristitia continet, nam ea est humanarum rerū
uicissitudo, ut tristitia uertatur in gaudium.

Opto celsitudinem tuam prospere ac
sœliciter valere ac regnare Nestoris
annos. Bruxellæ ex edibus Pra-
fecti maris. Anno domini

Millefimo Quingen
tesimo decimo-
sexto, septima
Calendas
Aprilis.

¶